

bant. Et ut in Regibus dixi, sic nec in populis nostris, hic primum furor admissus est. Nam & Athenienses, gens alioquin prudentissima, nunquam consilium publicum habuerunt: Cui non sacerdotes diuinos adhibuerint, quos, (ut ait Cicero) ~~ma~~ritas puto, quia diuinatio apud eos ~~ma~~ritas dicitur. Et Lacedæmones, gens inuitissima, augurem in consilio interesse, augurem Regi suo adsefforem semper addere voluerunt: *Quis ergo miretur,* tanto habitam in honore vanitatem, breui in immensum excreuisse? idem fermè in singulis particulis huiuscmodi rei, quam diuinationem vocant licet intelligere: *Quis enim nisi diuino vir consilio,* non oraculis fidem daret, cum videret, non modo clarissimos Reges, & magnorum populorum nuncios, sed summos etiam Philosophos, & humanæ magistros vitæ, certatim apud Delphos & Dodonam, & Hammonem concurrentes? quis sperneret Sibyllas, quas S. P. Q. R. in extremis periculis consularent? quis negliceret somnia, cum sciret (ut reliquos si-
leam) Lacedæmones ipsos, quos nescio an proximiè à Romanis fortissimos omniū & prudentissimos viros iudicare velim,

B. j.